Additu(m) est huic cap(itu)lo q(uod) o(mn)es prime cause in futuru(m) movende ab aliquo Sellanense, ul' alia p(er)sona In d(i)c(t)o castro Sellani ul' eius terr(itori)o habitante (contra) Sellanensem aliqu(em) ul' alium seu alios Ibide(m) habitantes debeat moveri, cognosci, et expediri cora(m) Vicario et Iudice ordinario d(i)c(t)i castri et p(er) ip(su)m Vicariu(m) in prima Instantia et usq(ue) ad primam (senten)tiam diffinitiva(m) Inclusive, et quicq(ue) aliqua(m) ca(usa)m in prima Instantia movendo, ut s(upr)a Introduceret, moveret, seu Introduci, et moveri curaret in aliq(u)a alia Curia Cuiuscumq(ue) loci q(uo)mocu(m)q(ue) et qualitercu(m)q(ue) q(uo)d in p(re)d(ic)ta ordinaria d(i)c(t)i castri vel al(ite)r in d(i)c(t)a Curia Introducta(m), seu pendente(m) anocari

seu quomodolibet amoveri, et in aliam quacumque Curiam
quam predictam trahi instetérit, fecerit, vel curaverit In poenam
Decem florenorum marchie, Dalis contrafaciens In aliquo
predictorum ipso facto Incidat auferendorum per Curiam predictam
sine aliquo alio processu et de facto et contra tales
contrafacientes per omnem modum procedi possit, Cuius pene
medietas applicetur Comitati dicti castri, et alia executori
Quod Contumax non audiatur nisi refectis expensis

C.° iiij.°

Citatus Coram Curia ipsius castri ad petitionem alicuius ad respondendum de Iure In aliqua Civili causa in termino ipsius Citationis
si non Comparuerit actore Comparente in termino ipsius Citationis
non audiatur nisi primo ipsas expensas legitimas restituat actori.
et si actor non Comparuerit in termino Citationis facte de reo
et ipse Reus comparuerit in ipso termino solvat reo predicto citato
si cum licentia Iudicis recesserit pro suo Interesse vnum bononenum
argenti, Idem actor alias non audiatur actor.

67v
67

Volumus autem quod in qualibet cardone victus victori expensas reficiat recepto iuramento ab actore, et victore de ipsis expensis, et facta primo taxatione per iudicem de ipsis expensis.

Quod iurans de tribus solidis non possit reconveniri c° v°.

Reus contra quem petitum fuit aliquid ad iuramentum in iudicio ab actore de quantitate trium sollorum vel abinde infra non possit ipsum actorem reconvenire ex hic ad .xx. dies per modum et viam iuramenti.

De quoibus inter forenses c° vj°.

De litibus, stretijs, et quibus que essent inter quoscumque forenses, vel inter forensem et aliquem de sellano, vel, cuius districtus, iudex et Nomine ipsius comunis possit teneat et debeat facere ius sumarium usque in quantitatem xl. sollorum denariorum prout ei de iure melius videbit, et placebit.

Testes in Civilibus causis recipiantur infra .x. dies a die cont(estationis) litis. c(apitulum) vij.

Testes in Civilibus causis recipiantur per Curiam comunis Sel-
lami infra .x. dies utiles a die Contestationis litis vel Iura-
menti calumpnie prestiti et si aliter ultra dictum terminum reciperentur
eorum receptio non valeat ipso iure nisi partes vellent de eorum
comuni concordia terminum prorogari aut si steterit per absentiam
officialis Iudicis sive Curie vel propter aliquod iustum impedi-
mentum steterit vel per absentiam Testis. Volumus etiam quod si testes
fuerint absentes vel testis fuerit absens Curia possit ipsum terminum pro-
rogari quousque testis possit commode redire. Dummodo allegans
primo iuret absentiam testis. Et si aliquis testis fuerit cita-
tus duabus vicibus et diversis diebus pro civili questione et non
venerit coram Curia ad perhibendum testimonium puniatur in .xx. s.
den. pro qualibet et quali vice et s. Et Iudex et officialis
similis comunis et castri ad petitionem introducentis possit

procedere p accusam denuntiationem vel Inquisitionem contra ipsos Testes. Et nihilominus Curia Cogat ipsos testes seu Testem ad faciendum ipsum testimonium.

De salario solvendo in civilibus causis c.° viij.°

Salarium in Causis Civilibus solvatur hoc modo: videlicet quod quicunque petierint Coram Curia ipsius Comunis in Iudicio aliquam pecunie quantitatem contra aliquam personam civiliter petendo solvat et solvere teneatur in Cippo Comunis quatuor denarios pro libra pro quantitate petita, et si petierit aliquam rem et non pecunias tunc teneatur ipse petens ipsam rem extimare cum Iuramento de novo questando quod salarium solvi debeat per actorem tempore contestationis litis, vel Iuramenti calumpnie vel tempore facti precepti in causa ubi preceptum fieret tempore primi phationis tenute ante quod tempore dicte contestationis litis Iuramenti calumpnie vel facti precepti vel primi phationis tenute recedat de palatio. Si dictum salarium non fuerit solutum modo quo supra. Sententia precepti litis con=

testatio iuramentum calumpnie pronuntiatio termini, et quicquid inde sequitur non valeat nullo modo. Et dictus Ciprus agiatur in presentia consiliariorum defensoris et Castri communis predicti. Et pecunia in eo inventa detur Camerario et ei mictatur ad introitum Camerarii. Volumus etiam quod frangentes ipsum Ciprum vel denarios ex eo extrahentes puniatur pena L libr. Et Curia communis possit procedere per omnem modum contra delinquentes et ad probationem predictorum sufficiat probatio v. testium vel fama publica.

Quod mulier vidua debeat habere alimenta donec rehabuerit dotes. Capitulo viiii.

Mulier aliqua que remansit vidua debeat habere alimenta de bonis et super bonis illius qui restituere debet dotem, donec ipsa dos eidem mulieri, vel habenti causam ab ea fuit restituta et Iudex et Vicarius ipsius castri teneatur ipsi mulieri vel habenti causam ab ea dotem predictam elapso tempore, a iure communi prefixo facere in bonis et super bonis debentis seu debentium ipsam dotem restituere.

69v

R/ Locetur istud c.m cum sua R.ca immediate post proemium primi librj.

De festivitatibus custodiendis c.o x.o

Festivitates solemnes cupientes ab omnibus custodiri presenti lege firmamus quod nulla persona in ipso castro vel eius districtu faciat aliquod servile opus, nec aliquod laboritium diebus et festivitatibus infrascriptis videlicet diebus dominicalibus omnibus festivitatibus Beate Marie Virginis festiva die nundinis excepta, festivitatibus domini nostri Jesu Christi Resurrectionis et nativitatis eiusdem Ascensionis pentecostes, Corporis Christi, festivitatibus principalibus, et solemnibus xij. Apostolorum ex ordine et mandato ecclesie custodiendis quatuor evangelistarum Beati Johannis baptiste S.te Crucis de Mense Maij, et S.ti Angeli de Mense Septembris, S.ti Salvatoris, S.te Cathorine et omnibus diebus veneris de Mense Martij et die veneris S.ti, ac et S.ti Sebastiani, Sancti Bernardini, et Sancti Severini sub poena et ad penam .v. solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice. Salvo quod unicuique liceat trahere lignamen pro omnium aliarum festivitatum custodiendarum de mandato ecclesie

grossum pro edificiis domorum et deferre et portare uvas et mustum tempore vindemiarum et deferre salmas bladi ad molendinum et reportare farinam quibuscumque diebus sine poena exceptis diebus Dominicalibus et paschalibus. Omnibus tamen diebus tempore messium liceat granum et bladum messum cohadunare et metas facere, ac etiam granum et bladum trituratum ventilare

De feriis imponendis. Capitulum XLI.

Ferias in civilibus causis tempore messium sit a festo sancti petri mensis Junii usque ad festum Beatae Marie de mense Augusti. Et tempore vendemiarum, Judex dicti Comunis una cum defensore et Consiliariis Comunis predicti vel maioris partis ipsorum imponere possit, et quascumque pro ipso sive pro illo tempore sicut ei, vel eis vel maiori parti ipsorum videbitur et placebit. Et durantibus ipsis feriis contra in civilibus causis non Currant.

70v

Quod det advocatus et procurator petenti. C° xij°.

Advocatum vel procuratorem postulanti in aliqua questione civili, vel criminali coram Curia Communis Sellani, tenenti Iudex et Vicarius ipsius Communis, qui super hoc fuit requisitus dare debeat et cogere ipsum advocatum et procuratorem qui petitus et postulatus fuit ad adsumendum ipsam advocationem et procurationem et ad standum sibi patrinium pro competenti pretio salvo quod si dictus advocatus vel procurator iuravit corporaliter tactis scripturis se esse advocatum et procuratorem adverse partis, qui ad ipsam advocationem et procurationem fiendam minime teneatur, pena centum solidorum denariorum, dummodo quod fiat equatio procuratoris, ita quod utraque pars habeat procuratores.

De scripturis reptis in filzis valeant. C° xiij°.

Petitio seu aliqua scriptura repta in filzis que producta apparet manu iudicis seu officialis coram quo producta

fuiss(et) valeat et teneat no(n) obstantib(us) q(uod) ip(s)a petitio seu sc-
riptura no(n) esset posita in quaterno et no(n) e(ss)et publicata ma-
nu ip(s)ius Iudicis et officialis eiusd(em) h(abe)at plena fides, et
ip(s)a petitio seu ip(s)e petitiones et scripture pro publicis
et auctenticis h(abe)ant(ur). et p(re)d(i)c(t)a locu(m) h(abe)ant in p(re)teritis
p(rese)ntibus et futuris.

De q(ue)stionib(us) int(er) coniunctos et conicinos (com)mittendis. C° xiiij°

Si lis questio seu scretiu(m) esset int(er) aliquos Sellanenses vel ei(us)
districtuales coniunctos usq(ue) in tertiu(m) gradu(m) Consanguinitatis
vel affinitatis Inclusive quacu(m)q(ue) occasione modo Iure vel
ca(usa) Iudex et officiales d(i)c(t)i co(mun)is possit et debeat ip(s)os
tales coniunctos discordes co(m)p(el)l(er)e, et constringere realit(er)
et personalit(er) ad petitione(m) cuiuscu(m)q(ue) ipsoru(m) vel alterius
ip(s)oru(m) petentiu(m) infra xxx. dies a die porrecte petitionis
cora(m) officiali fuit petiti et per pene Impositione(m) ut ip(s)as lite(s)

q(uo)d om(n)em seu sev(er)tiu(m) p(ro)dicat(ur) (n aliquos co(n)ictos c(on)sa(n)guineos
co(mun)es de iure et de f(a)c(t)o ita q(uod) h(oc) ip(s)o co(m)misso fiat p(ro)ba
scriptura cu(m) pen(a)e a(p)p(o)sitio(n)e. Et quicquid per ip(s)os arbitros
seu arbitrator(es) fuit laudatu(m) s(ente)n(tia)tu(m) (con)sultu(m) dictu(m),
dict(a)e partes debea(n)t observar(e) et adimpler(e) pena .xxv. lib(rarum)
den(ariorum), si q(u)o ascenderet su(m)ma(m) .xxxv. lib(rarum). si no(n) a(d) .xxxv. lib(rarum)
infra pena .x. lib(rarum). Et si(mi)l(ite)r u(e)l q(ue)stio e(ss)et i(n)t(er) Aliquos Sella-
nenses u(e)l districtuales ei(us)dem habitantes per maior(e)m parte(m)
a(n)ni i(n) castro Sellai u(e)l i(n) aliqua villa ip(s)ius cast(ri) q(uod) sit co(n)vicini
q(uod) ea cau(s)a co(m)mictat(ur) mo(d)o quo sup(ra) In co(n)vicinos ip(s)orum
dicti castri u(e)l villa(e) i(n)fradicen(dum) t(er)mi(n)u(m) .xxx. dieru(m), et si
de ip(s)oru(m) co(n)vicinis no(n) co(n)cordaret, tu(n)c Iudex defe(n)sor
et consiliarij d(ict)a(e) co(mmun)is possint et debea(n)t eligere
duos ho(m)i(n)es de d(i)c(t)o castro u(e)l villa In qua d(ict)i litigantes

habitat, qui ipam causam diffiniat sumarie de iur et de facto, et quod per eos sniatum fuit valeat et teneat pena centum sollorum den. de facto per iudicem auferenda contrafecerint pro quali, et quali vice. Et nihilominus ad penam contentam in compromisso una pars altera teneatur. Et dicti tales arbitri et arbitratores teneantur ipsas litem questionem seu servitium in eos compromissum per eorum sententias diffinire et terminare infra dies xx. dies a die facti compromissi in eos nisi de voluntate partium eisdem arbitris et arbitratoribus terminus prorogaretur sub pena et ad penas centum sollorum den. pro qualibet, et qualibet vice. Et nihilominus ipsi arbitri et arbitratores cogantur ad dictum laudum et sententiam ferendum super ipsa lite discretio, et questione in eos compromissa.

...

72v

De fideiussoribus uel se pro aliquo obligante principaliter indempne conseruandis C.° XV.°

Fideiubens pro aliquo uel se pro aliquo principaliter obligans quacumque occasione modo, iure, uel causa talis pro quo fideiubserit uel se principaliter obligauit uel eius heredes conseruare et conseruari teneantur indemnes et sine damno et ipsum qui dictam fideiussionem fecisset seu pro aliquo se obligasset, a dicta obligatione ~~et~~ fideiussione extrahere teneatur. Iudex et Notarius ipsius comunis qui super hoc fuit requisitus ad petitionem talis fideiussoris uel se pro aliquo obligantis, ~~Iudex et Notarius~~ debeat talem principalem uel illum pro quo se aliquis obligasset realiter, et personaliter cogere et constringere ut, a dicta fideiussione

et obligatioē extrahat et penitus indēnē conservet
sūmarie et de plano sine strepitu et figura iudicij
omnib9 sollēnitatib9 iuris obmissis et ꝑtermissis.
et si ipē fuit electus fideiussit ul' se ꝑ aliquo obliga-
verit nō conservavit indēnē ipm̄ a dc̄a fideiussione
et obligatioē ipm̄ .x. dies posq̄ fuit sibi mandatū
per curiā dc̄i principalis teneat' et debeat,
ipi fideiussori ul' se pro aliquo principaliter
obligauit dare et solvere pro suo damno
et interesse .v. soll. den' pro quolibet
die quo fuerit in mora, a' dc̄is .x. die-
bus inantea, dummodo hec intelligantur quando
fideiussio uel hmōi obligatio facta fuit ad requisitioem
illius pro q° quis se obligavit uel ad iudicis cohertio-
nem.

73 v

De divisionibus fiendis inter Consortes et de bonis indivisis dividendis c.° xvi.°

Volumus dicimus et presenti lege firmamus quod si quis habuerit aliquam Consortiam seu aliquam possessionem domum vel rem aliam cum aliquo coem, vel indivisam. Iudex et officiales cois Sellai, qui super his fuerit requisitus teneatur et debeat ad petitionem cuiuscumque ex predictis partibus cuius interesset percipere, et mandare ipsis partibus, seu Consortibus ut ipsam Consortiam domum, vel rem aliam dividant inter eos infra x. dies, a die facti precepti. et quicumque ex predictis partibus hoc facere recusaverit seu ille, per quem dicta divisio

-stitute solvat bann. c. soll. den. Et si ipe partes nō

fuint in concordia dce ipa divisioni, vel se ad invicem

nō concordarēt tunc iudex, et curia dci cois statuat

partibus terminum v. dierum ad probandum et probatum

hendum de iure ipsorum que iudex videat et examinet

sumarie sine strepitu, et figura iudicij. Et dcus

iudex visis, et examinatis dcis iuribus cogat ipas

partes ad faciendum ipas divisiones secundum acti-

tata, et probata. Et cogat eos in palatio

donec dca divisio fca fuit. Salvo quod si partes

pdce peterent massarios ad faciendum ipas divisiones.

Pro pdcis aut nullum salarium in appo cois solvatur.

174v

Additū est huic cap(itu)lo q(uod) si partes nō fuerint in cōcordia de ip(s)a divisione q(uod) Iudex cōis ad petitionem alicuius ex partibus teneatur cogere ip(s)as partes ad ponendum super ip(s)a divisione fienda duos eorum consanguineos propinquiores si fuerint in concordia sive duos adiacētes seretij.

Q(uod) Tenuta data in bonis alterius nō citato possessore debeat revocari c(apitulum) xvij.

Tenuta aliqua si data fuit vel pronuntiata ad petitionem alicuius p(er) curiam cōis Sellani in bonis alterius et nō in bonis rei contra quē ageret vel nō citato possessore casset(ur) sine aliqua solutione salarij p(ro) curia(m) (p)pius castri seu cōis fca le(?) ... facte p(er) possessorem

uel per illu[m] cuius esset dcā terra. Iudici cois

per instrumtū ul testes fidedignos, quā fidē Iudex pos-

sit recipere sumarie et de plano sine strepitu et

figura iudicij. Et si Reus conf[essus fuerit] quē ageret ēē

accusatus de ocupation[e] et inuasion[e] ipius terre et uo-

luerit ipās terrā ipi actori restituer[e] et relapsare

ante quā executationē et dampnū et interesse eidē actori

emendar[e] et saluar[e], q[uod] ad penā aliquā minimē teneat[ur]

restituendo, et relapsando ipās terrā eidē creditori ut supra.

De Instrumentis executioni mandandis C.o xxviij.

Omnia et singula instrumenta publica, Rogatōes et protho col-

la, Testamenta et Codicilla et laudes, de qbus

75v

apparent quod instrumenta debeat per curiam dicti castri sellani
executioni mandari contra illum seu illos qui ex ipsis
instrumentis vel aliquo eorum fuerint obligati.
et Curia ipsius Comunis ad petitionem creditoris vel eius
heredum viso tali instrumento coram Curia producto praeci-
piat debitori, qui ex ipso instrumento vel instrumentis vel eius
herede de observando contenta in ipso instrumento seu instrumentis
secundum formam statutorum superius scriptorum loquentium de praeceptis
fiendis vigore confessionis seu instrumenti, et ille sit, et
intelligatur debitor, qui promittit aliquid dare,
vel facere, vel heredes, et ille qui ex ipso instrumento
seu prothocollo testamento, seu codicillo seu et laudo

fuit obligatus. et ille sit et intelligatur debitor
qui promisit aliquid dare vel facere eiusque heredes.
et ille qui ex ipso instrumento prothocollo testamento
seu codicillo seu et laudo fuit obligatus. et ille
sit et intelligatur creditor cui aliquid promissum
fuit aliquid dari vel fieri et eius heredes. et ille cuius
interest petitio executionis ipsius instrumenti rogationis
prothocolli testamenti, codicilli, et laudi.

De petitione sapientis in civilibus, et criminalibus causis. c.° xcviiij.°

Si quis petierit sapientem, vel senserit se gravatum ab aliquo
processu, gravamine sententia precepto occasione civilis

creari corã Curia cois Sollanj, detu eidẽ p curias

predictã, et ipã curia teneat et debeat eidẽ

poner' i. quintã diem post petitionem sapientis, expẽsis

perdentis in civilibus causis. In Criminalibus aut

causis expen' petentis, et fcã dcã petitione

sapientis partes pdict', int' quas esset questio civilis

seu ille qui petivit consiliũ in causa criminali

infra dictũ terminũ .v. dierũ det corã ipã Curia

suspectos, et confidatos, et oĩa acta in=

strumenta et allegatiões et salariũ deponãt

in illa quãtitate ut iudici videbit' e placebit,

pro consultore et nuntio illi, cui dicto Iudici
videbitur et placebit. Et si aliqua ex ipsis
partibus obmitteret facere predicta vel aliquid predictorum
Curia procedat ad ulteriora prout ei videbitur
et placebit, in civilibus et criminalibus
causis non obstante petitione sapientis predicta.
Et si per partem, seu partes fuerit observata
predicta, Iudex de utrarum partium voluntate, et si
ipse partes essent in concordia eligat unum fide
lem nuntium qui deferat Iudicia Consultori,
dummodo Consultor esse non possit Aliquis,

bi suspectis datis per partes. si aut ipse partes non
essent in concordia de Nuntio, tunc Iudex eligere
possit nuntium quem voluerit. Et Iudex sigillet ipsa
acta et allegationes in presentia partis et mittat
in quadam pera nomine Sapientum communis non suspectorum
per partes. Et ille cuius nomen fuit extractum sequi
In omnibus et per omnia consilium sequens consilium per talem con-
sultorem seu sapientem datum, et pronunciare teneatur
secundum formam ipsius consilii citatis tamen partibus
vel eis citatis, vel partibus presentibus vel citatis.
In civilibus autem omnibus si peteret sapiens [illegible]

aliqd instrumentu publicu ul gtoma confectionem
no audiat pretens. Sapiens no et consultores
cois, quibus committi possint consilia sit, et
esse possint et debeat quatuor, vz illi, quos
declarabunt, et nominabunt, defensor, con
siliarij, et judex cois preda ul maior
pars ipsorum scribendo in libro reformationu
mam judicis, et officialis cois predicti:
et no plures ul alij nisi partes de alio, seu
alijs concordaret, volumus tam q in cau
sis civilibus et criminalibus tempora

78v

78

nõ currat a die petitionis sapientis donec
asseriat consilium etiam sine aliqua pro-
nunciatione fienda. Et si curia comunis negavit
petenti ponere sapientem vel recusavit, quicquid
per ipsas curias fieret post petitionem predictam
non valeat ipso iure, et petens consultores, seu
sapientem, non quo super debeat salarium deponere
pro consultore et nuntio infra quintam diem
cum iudici placebit modo
quo supra. Et quod declaratum pronuncia-
tum seu sententiatum fuerit secundum sapientis visum
plenam obtineat roboris firmitatem et rei iudicate
vigorem et minus de nullitate dici reclamari
appellari seu aliter recurri valeat quoquomodo.

Ponatur hec r(ubric)a cu(m) suo c(apitul)o in l(ibr)o 2o malleficiorum sub c(apitul)o 18.

De pena negantis p(ate)rnitate(m) filiatione(m) morte(m) alicui(us) v(e)l aliq(ue)m fuisse offic(ialem) vel not(ariu)m C(apitulum) xxv(?)o.

Denegans in Judicio p(ate)rnitate(m) vel filiatione(m) alicui(us) vel aliquem fuisse offi(ci)alem co(mmun)is vel aliquem fuisse vel esse mortuu(m) si mortuus fuit In contrariu(m). et postea post negatione(m) p(re)dic(tam) probaret, vel aliq(ui)d p(re)d(ict)or(um) p(er) publica(m) fama(m), q(uod) puniat(ur) p(ro) qualib(et) vice et p(er)sona in Centu(m) sol(idis) den(ariorum). Et sup(er) predictis Curia possit procedere p(er) Inquisitione(m) accusa(tionem), et per omne(m) modu(m).

Q(uod) no(n) h(abe)ns domu(m) in castro Sellani vel eius districtu possit et debeat Citari in platea C(apitulum) xxj.

Quicu(m)q(ue) de cast(r)o Sellani vel eius districtu vel aliunde no(n) h(abe)ns in d(i)c(t)o castro vel eius districtu aliquam

79 v

domu propria vel conducta in qua per maiorem partem
anni cum familia habitaverit possit et debeat citari
in civilibus et criminalibus causis per baiulum
comunis in platea ipsius castri publice et alta voce
presentibus duobus testibus et talis citatio habeatur
pro personali. Et contra tales ac citatos
procedatur tamquam contra contumaces prout in
capitulis civilibus, et criminalibus
continetur.

Quintus Liber extraordin.

Q non possit aliquid proponi, vel reformari cotra formam capitulor presentis statuti. C. I.

Potestas Judex uel aliquis alius Officialis Cois Cellanj no possit proponere in aliqua Arenga, Congregatione, seu Consilio, nec reformar uel reformari facere aliquid, quod sit contra formam Statuti, uel alicuius capituli presentis Statuti, Et si proponeretur, uel reformaretur non ualeat ullo modo. Proponens uero reformans consultor uel arengans super aliqua proposita contra formam Statutorum, uel capitulorum ipsor, uel alicuius eorum puniatur in uiginti quinque libr. denarioru per Sindicatorem Officialium. Et nihilominus sit ab ipso officio priuatus. Notarius uero scribens contra predicta ab officio sit priuatus, et poena xx lib. puniatur. firmantes Etiam q Potestas, Vicarius Judex, uel Notarius non petant, ipsi, uel aliquis ipsor arbitrium, quod sit prohibitum per formam Capitulor presentium Statutorum, nec ei detur, Et si peterent, uel eis daretur, non ualeat ullo modo.

80v

De Pena nō soluentiū Collectas Cap. ij.

Collectam impositam, et imponendam quicunq; non soluerit infra terminū assignandū, nō audiatur per Officiales ipsius cōis pro se uel alio in ciuilibus causis,° sed contra eū agi possit. Et si talis nō soluens ipsam collectam faceret aliquē pcessum ciuilem cōtra aliquē suo, uel alieno noīe nō ualeat idem processus, et quicquid faceret, uel factum esset donec steterit in mora soluendi collectam, seu collectas.° Statuentes etiam q. si quis collectam nō soluerit pro sūma sui catasti infra terminos ordinandos p impositores collecte, aut officialem cōis ipius, et steterit in mora ipsam collectam soluendi post ultimum bānimentū pro parte officialis pfigendū, in quo dicat, hoc est ultimū bannimentū, et pemptorium de facto in quarta parte plus eius quantitatis quam soluere deberet pro sua collecta per Iudicem, uel Vicariū ipius cōis, [ꝑ]uniatur quarta pars exigat de facto absq; aliquo processu, uel sententiā. Et q. p ipsis collectis soluendis cogi possint, et debeant p Iudicem, et officialem ipius cōis laboratores, Coptumarij, seu tentores bonoꝝ possessionū, seu reꝝ illius, seu illoꝝ qui ipās collectas ipositas

° agendo uel excipiendo seu ad se uel aliū defendendo.

° nullius iuris roboris uel momenti.

[ꝑ] puniatur.

& imponendas nō soluerit ad soluendum ipās collectas, & omne quod soluere deberet in cōi p̄dicto occasione ipsarum collectar. nō solutar. Additū est huic capitulo q. q collctas, uel condenationes suas appareret nō soluisse suo nōie, uel alieno in ciuilibus, uel criminalibus causis comparere audiri, uel admitti nō ualeat quoquo modo, et si comparuerit, uel interuenerit poenā incurrat. xx. soll. & in tantūdem officialis qui eū audiuerit, uel admiserit, ē quod fecerit nō ualeat. Additū est q. Iudex, Notarius, & officialis castri Sellani qui p̄ Tempore fuerint teneat, & debeat uinculo iuramenti, & poena x. lib. den. de suo salario executionē facere oīum, et singular. collectar. impositar. in dicto cōi tempore suo pro necessitatibus, & oportunitatibus dicti cōis tam pro libr, et foculari q. etiam pro capite hominis, et pecuniam ipar. collectar. ad manus Cam.^rij dicti Cōis pro ipō cōi recipienti facere deuenire contra oēs, et singulos ipās collas debentes soluere, et contra forenses debentes ipām collam soluere, secundū posse suū. Et si dictus Iudex, Notarius, & Officialis i p̄dictis,

81v
18

uel aliquo pdictor, negligens fuerit incurrat dictam poenam, q̃rti pluris in qua per sindicũ, qui sindicabit eũ debeat effectualiter cõdẽnari, & ad uidendũ, et declarandũ utrũ dictus Officialis in pdictis negligens fuerit ad faciendũ executionẽ pdictã stet declarationi Defensoris, et Consiliarior dci cõis qui pro tempore fuerint, uel maioris partis ipor. Et quicquid per dictos Defensore, et Consiliarios sup pdictis declaratũ extiterit de executionẽ facta, uel nõ p dictũ Officialem plenam obtineat roboris firmitatem. Addentes et huic caplo q si contingat in dicto cõi imponi aliquę collectę circa finẽ Officij Iudicis, Notarij, et Officialis sdci cõis vz infra spatiũ ultimi mensis officij dicti Officialis, tempore cuius exactio ipsarum collar fieri nõ posset q tunc, et eo casu excuset a sdicta poena. tn Iudex, not. et Officialis eius successor pdicta facere teneat. et si negligens fuerit sup hmoi executionẽ incurrat sdcãm poenam, in qua tempore syndicatus debeat condẽnari. Additũ est insuper huic caplo q quilibet qui esset, pro tempore creditor dci cõis debeat, teneat, ac possit infra terminũ unius anni

a die impositae collectae computandi soluere, siue excomputare de suo credito in huiusmodi collectis in quibus excomputare licet, elapso uero dicto ano tales morosi, et nõ soluentes, siue excomputantes teneant ad solutionem quarti, et executionis pluris nõ obstante quod sint creditores, ita tamen quod ommino poenam huiusmodi incurrant, nisi de huiusmodi solutione, uel excõputatione in tempore facta, euidenter apparebit in extractis, siue libris collectarum dicti cõis ad obuiandũ fraudibus neghigentijs, et preiudicijs dicti cõis Sollanj. ~.

Quod Pater teneat pro suo filio emancipato soluere collectas. Cap. iij.

Pater qui suũ filiũ, seu filios emancipaßet, et dedisset ipsi suo filio, seu filijs in premiũ ipsius emancipationis, uel alio titulo aliquam possessionẽ, seu possessionis, uel bona quae adcatastata essent ipsi emancipanti in castro cõis Sollanj teneatur soluere collectam pro ipsis bonis, seu possessionibus ipsa emancipatione

82v

58

non obstante. sed ipam estimatione infra terminum
assignandu p officialem ipius cois ad poenam xl. s.
den. eidem de facto auferenda p curiam ipius castri.
Et quicuq; uendiderit alicui forensi, uel no subietto
aliqua possessione adcatastata in coi. teneatur pro
eis soluere collectas, et facere alias factiones cois c. iiij.
Quicuq; uendiderit aliquam possessione adcatastata
in catasto cois sellam psone alicui forensi, uel no sub-
ietto iurisditioni cois sellam, et no soluerit collam
seu collectas ipi Coi, et alias factiones no fecerit
ipi Coi, Volumus, et ordinamus q idem uendens col-
lectas p ipa possessione uendita, uel alio titulo ipi
forensi concessa, soluat, et alias factiones faciat no
obstantibus uenditione, uel concessione predicta tali
no subietto, et talis uenditor habeat regressum
contra emptorem, et rem uenditam, et q Cu-
ria cois sellam teneatur ipi tali Vendi-
tori fauere.

Q habens libru, uel aliqua rem cois, et quicuq; occupa-
uerit aliqua bona cois debeat dimittere, et restituere,
et de officio Defensoris, et officialiu circa huiusmoi. C. V.

Quilibet habens libru, instrum, massaritia, uel rem
aliquam cois sellam, uel ad ipsum comune spectan-
tem, uel ptinentem debeat ipsum, et ipsam restituere,
et reassignare ipi Coi, uel Camer. ipius cois p ipo
coi recipienti infra .x. dies post bamimenti fien-
dum p parte Curie in principio sui aduentus,
poena .c. s. et nihil. cogat p Curia ipius castri
ipsum, et ipsam restituere coi pdicto. Et sup pdictis
possit p curiam pcedi p oem modu. Additu est huic
caplo q quicumq; occupatu teneret bona aliqua cois
ubicuq; posita, et spectantia ad dictu coe, uel que quo-
modocuq; in futuru ad dcum coe spectare possent q occu-
pans incidat in poena .xxv. lib. den. applican ipo fco
coi sellam et ipo iure sine aliquo pcessu, uel solemnitate,
et q unicuiq; liceat accusare tales occupantes, et eius
nome teneat secretu, et talis accusator habeat quartam
partem talis poene; Vicarius uero qui fuerit p tempre

83v 88

in dicto Castro teneat de Mense Augusti facere giralem inquisitioné de pdictis, et habeat aliam quartam partem dcte poene; Et q Defensor, et Consiliarij p tempore infra quindecim dies post aptura psentium statutor teneantur, et debeant cu effectu curare q bona dicti cois tam cultuta, q inculta reinueniantur, et ad hunc effectu eligere debeant tres Massarios unu p q.libz Uayta, et unu Geometra, siue Agrimensorem, qui debeant, ac possint, et ualeant mensurare, reinuenire, et requisitionem facere de dictis bonis dicti cois Sellam, et dicta bona accatastare, et qui inuentus fuerit habere, et tenere quomodocumq, et qualitcumq indebite, et iniuste huoi bona cois, de quo stetur Judicio, et discretioni huoi Massarior, et Agrimensoris, soluat et soluere debeat poena lr. den. xxv. Cuius poene dicti Massarij et Agrimensor habeant tertiam partem, et aliam tertiam partem Vicar. p eor laboris pmio, et mercede, et residuu dcte poene sit cois Sellam; habeant tn et habere debeant ulterius pfati Massarij, et Agrimensor ultra pdicta p eor pmio, et mercede quicquid fuerit declaratum, et

Regimini ~~videbit~~ pro tempore videbitur, qui Massarij teneant et ac debeant reinvenire et terminare una cum dicto Agrimensore confinas vecchias, ac fontium, et habeant praefati Massarij auctem, et potestatem percipiendi et mandandi cuilibet de quavis Villa dicti castri sellam uni vel pluribus, qui debeant ire cum eis, et si quis contrafecerit, vel inobediens fuerit, solvat et solvere debeat solidos. x. den. pro quolibet die. Et quod perpetuis futuris temporibus quolibet anno de Mense Septembris Regimen pro tempore et Vicarius teneantur ire visum omnia confinia dicti communis circumcirca sub poena x. lib. den. pro quemlibet Vicarium, Defensorem, et Consiliarium incurrenda in casu contraventionis, qui Vicarius, et regimen habeant arbitrium vocandi, et ducendi unà cum ipsis certos Massarios, et quos voluerint de contrata adiacenti confinibus pro informatione iurium communis, et illis poenam imponendi eorum arbitrio si parere noluerint eorum mandatis et Massarij talis contratae, qui fuerint vocati in uno modo, et loco non possint vocari in alio.

84v

Q detur petenti Ambaxiata suis expensis. C. VI.

Ambasiatam petens in cōi p̄dicto, seu in Consilio mitti ad aliquē locū pro eo detur expensis petentis, z Camer. cōis nihil soluat. Volumus autē q ad petitiōnem alicuius personē nō uadat aliqua ambasiata ad aliquē locum cū l'ris cōis, uel ex parte cōis nisi primo p Consiliarios z Consiliū fuerit declaratū. Additū est huic caplo q dicta ambasiata nō detur cōtra cōe, z si cōtra fieret poen' cuilibz officiali constituēti. x. līr. z in restitutionē cōi in eo, quod fuerit dammificatū.

De pena consulentis, uel arengātis q det' alicui de bonis cōis C. VIJ.

Nullus de Sellano, uel eius districtu audeat in aliqua adunantia, uel congregatiōne dicti cōis arengare, uel consulere q donetur, uel detur alicui p̄sonē, uel personis d[e] dcī cōis, z qui cōtra fecerit soluat pœnā C. X. den. Et si potās p̄mitteret q donet' alicui p̄sonē, uel p̄sonis d[e] dcī cōis, uel Judici, uel Vic.o uel cōx alicui soluat penā x. lir. de suo salario, z nihil' donatio quē fieret, z deliberatio nō ualeat ullo modo.

d[e] de bonis uel iuribus

d[e] de bonis uel iuribus

Q(uod) habens domu(m) seu muru(m) co(mmun)em ~~possit et ei liceat~~ cum aliquo possit et ei liceat murare et aptare. C. VIIJ.

Domu(m) seu muru(m) co(mmun)em p(ro) indiuiso cu(m) aliquo h(ab)enti liceat in ipsa domo, uel muro co(mmun)i murare, plancare et ea(m) et eum aptare; Et ad id, quod factu(m) muratu(m) plancatu(m) siue aptatu(m) esset in ip(s)a domo uel muro co(mmun)i teneat(ur) consors et particeps ip(s)ius domus seu muri; Et si se adinuicem ipsi consortes seu participes no(n) concordare(n)t de eo, quod factu(m) muratu(m) plancatu(m) seu aptatu(m) esset in ip(s)o muro, uel domo co(mmun)i ad petitione(m) petentis p(er) Judicem, Defensore(m) et consiliarios dicti co(mmun)is ponant(ur) duo Massarij, siue mag(ist)ri q(ui) estimare cu(m) iuramento de nouo p(re)stando id, quod p(er) talem consortem in ip(s)a domo seu muro co(mmun)i factum fuerit infra termin(um) p(er) curiam p(re)figendu(m). Et quod dictum et declaratu(m) fuerit p(er) d(i)c(t)os Massarios seu mag(ist)ros ualeat et teneat et executioni mandet(ur) p(er) curia(m) infra .x. dies postq(uam) per eos fuerit declaratu(m). Quicu(m)q(ue) au(tem) ex consortibus non obseruaret quod p(er) ip(s)os Massarios [fuerit] seu mag(ist)ros dictum seu declaratu(m) pen(a) C. s(olidorum) den(ariorum) puniat(ur) p(ro) q(uo)lib(et).

85v

78

et quilibet uice per curiam de facto. Et nihilominus ipse partes observare teneantur quod per eos fuerit dictum, seu etiam declaratum.

Quod Mulier aliqua se obligare non possit, nec aliquam ultimam uoluntatem condere sine presentia propinquorum suorum. C. VIIII.

Nulla mulier possit contrahere, seu distrahere, nec modo aliquo se obligare, nec testamentum, aut aliquam ultimam uoluntatem condere, seu facere sine presentia duorum proximiorum consanguineorum intra tertium gradum inclusiue ex paterna linea si eos habeat existentes in dicto castro Sellani, uel eius districtu, aliter si non haberet libere possit sine alicuius presentia predicta facere. si uero absentes a castro Sellani et districtu predicto tunc similiter uolens predicta, uel aliquod predictorum facere citari faciat predictos absentes pro tali hora, qua comparere posset domi sue solite habitationis dictorum absentium, uel comparere, et presentiam prestare recusantium, qui nemiant ad prestandum presentiam mulieri uolenti aliquid facere de predictis in citatione declarato cuiusmodi

contractum, uel distractum, uel ultimã uoluntatẽ facere uelit, uel obligationẽ facere uelit. Ita tñ q in citatione dicere sufficiat q ueniat ad p̃sentandũ pñtiam tali mulieri, que uult tali hora in tali loco facere testamentũ, uel codicillos, uel donationẽ cã mortis uel uenditionẽ, uel emptionẽ, uel donationẽ inter uiuos, uel p̃missionem aliquã, uel locationẽ, uel conductionem 2c. absq; eo q aliud exprimat, uel aliter, sufficiat, 2 liberẽ possit p̃dicta oĩa facere ipsorum absentia, aut recusatione nõ obstantibus. Additũ est huic caplo q mulier uidua, 2 patrem nõ habens possit liberẽ contrare, distrahere, se 2 sua bona obligare 2 ultimã uoluntatẽ facere sine p̃sentia aliquorũ consanguineorũ, uel affinium 2 eisdem minime citatis, uel requisitis, 2 supradicta forma aliter non seruata, huiusmodi capitulo, 2 alijs contrarijs in aliquo non obstantibus.

E dumodo maior sit xxv. annis

contrahere ut obligari

Q. nulla psona minor. xxv. annis possit ~~fieri facere~~ ~~cōtracti~~ sine pñtia curatoris, uel duor. consanguineor. C. x.

Nulla persona minor. xxv. annis de castro sellani, uel eius districtu possit, uel ualeat se obligare, uel alligatione facere, uel uenditione, uel aliquē cōtractu seu districtum facere de bonis suis sine ~~licentia~~ expressa licentia & psentia curatoris, uel tutoris sui, uel sine psentia duor. consanguineor. ppinquor. ex parte pris. si ei supersi et si secus fieret nō seruata forma pdicta ipa obligatio alienatio, uenditio, cōtractus, seu districtus, et quod p talē minorē factū fuerit nō ualeat ullo modo. Et Notarius qui pdicta scriberet, & testes qui interfuerint pdictis nō seruata forma pdicta in. x. lib. den. condenentur p quolibz, & qualibz uice.

F si heat

sin autem ex linea mina ac iudicis decreto

De seretijs senaitar, uiar, & terminor. decidēdis. C. xi.

Si seretia, seu seretiū eēt inter aliquos de sellano, uel eius districtu occasione senaitar, terminor, uiar. seu Itiner. Iudex, & officialis cōis sellani ad petitionē

unius ex partibus petentis ire teneatur ad locu ubi esset talis discordia seu scretiu, z ibidem recipiat iuramentu ab aliquibus adiacentibus de co'trata, z informatione ab eis recipiat p oem modu p que ei videbit, z habita informatione huiusmodi questione, discordiam, seu scretiu diffiniat, z terminet sumarie sine strepitu, z figura Iudicij, z habeat p suo salario postq iverit ad dcum locu, z ipam discordiam, seu scretiu terminaverit si scretiu fuerit in Villa Casalis, Motis Alue, Corvini, z Aquepmule dece solidos den. p parte. si in alijs locis districtus sellam gradtum soll. p parte, si vero ipm scretiu no terminaverit nullum salariu habeat. Adiacentes vero pdicti a quibus recipiat iur[tum] z informatione no attineant ipsis partibus vel alicui ipa[rum] usq in tertiu gradu nisi eet de partium voluntate. Et si ipe partes vellent ponere sup ipo scretio, seu discordia Massarios de adiacentibus, vel alios ad decidendu pdicta dicta Curia teneatur ipos Massarios cogere ad faciendum predicta.

Q. mulier dotata modo incto nō possit succedere dotāti super-
stite ei masculo ex inctis lineis. Cap. xij.

Si dos data pmissa, aut q̄mōlibz constituta fuerit alicui mu-
lieri de Sellano, uel eius districtu cuiuscumq; etatis, et ei
qui dotē dederit, aut pmiserit, aut constituerit defuncto
intestato masculus supsit ex masculina linea ascendenti,
descendenti, siue transuersali usq; in gradū tertiū inclu-
siue, talis mulier cui dos pdicta, uel quātitas, uel res
dotis noīe data, pmissa, uel quomōlibz constituta fuerit
nō possit ab intestato succedere pdicto dotanti habita do-
te pdicta, uel data re, uel quātitate sibi promissa.

De cereis fiendis in festo s.ᵗᵉ Marie de mēse Martij, Au-
gusti, & sancte Catharine. C. xiij.

Ad honorē & reuerentiā omnipotētis dei, & beate Marie
Virginis matris eius, & beate Catharine deliberamus,
& ordinamus q. Camer. dci cois qui p tempore erit,
& Iudex & Curia ipius cois teneant fieri facere unū
cereū cere albe ponderis viij. lbr. cere in festo ~~be-~~
~~ate Catarine, & dare in dicto festo beate Catarine~~,
s.ᵗᵉ Marie de Augusto, & dare ecc.ᵉ s.ᵗᵉ Marie de Sellano
& unū aliū cereū cere albe ponderis sex lbr. cere in fe-
sto beate Catarine, & dare in dcō festo beate Catharine

et dare in dicto festo ecclie s.te Catharine de Sellano de pecunia, z hauere dicti cois annuatim. Qui cerei debeat accensi deferri ad ipas ecclias, z ibidem offerant cuilibz ecce unu ut dictu est. Addimus huic caplo q Camer. cois q pro tempre fuerit teneat, z debeat de pecunia, z hauere dci cois quolibz anno in festo s.te Marie de mense Martij ad honore, z reuerentiam Virginis Marie fieri facere duos cereos cere poderis octo lb. cere p quolibz, z offerri in ecc.a s.te Marie de Menah unu, z alteru ecce s.te Marie de Sellano, et officiales cois qui erut dco tempore pdicta fieri faciant uinculo iur.ti z poena .C. sollog den. p qlibet.

Q nullu partitu possit mitti de sededo ad leuandu .C.xiiij.
uel econtra et nisi mo et ordine dicto.

Nullu partitu mitti possit p potestate, Judice uel aliu officialem cois Sellani de leuando ad sedendu nisi ad bussulas, z fabas, et si secus fieret no ualeat ullo mo. Et officialis qui contrafecerit puniat in .x. lb. den. de suo salario.

De multa imponenda p[er] p[otes]tatem, vicarium, et officiales
cois castri Sellani. C. xxv.

Multare possint d[omi]ni P[otes]tas, Vic[arius] et officiales dicti cois, et
ip[s]or[um] quilib[et] eis no[n] obtemperantes, siue inobedientes in
suo officio usq[ue] in quantitate[m] unius lib[re] den[ariorum] p[rou]t eis uide-
bitur considerata in p[re]dictis qualitate inobedientie, et
p[er]sone inobedientis, et ip[s]as multas a quib[us] inobedie[n]te,
et quolib[et] uice usq[ue] in quantitate[m] p[re]dictam possint d[e] facto
exigere absq[ue] formatione p[ro]cessus, uel p[ro]mulgatione sen-
tentie alijs capitulis maiores poenas imponentibus semp[er] sal-
uis. ita t[ame]n q[uod] h[uius]modi multe p[ro] unam et re[m], et co[n]tra eam-
dem p[er]sonam no[n] possit excedere su[m]mam unius florem[i],

Q[uod] maiores xiiij. annis, et mulieres possint e[ss]e in Iudicio,
et testificari. C. xvj.

Maiores quatuordecim annis, et minores xxv. annis possint, et
ualeant e[ss]e in Iudicio in criminalib[us] causis absq[ue] auct[orita]te
et p[rese]ntia curatoris, seu p[at]ris, et et si e[ss]et filius familias, et
etiam possit in agendo, et defendendo in Iudicio inte-
resse absq[ue] auct[orita]te p[rese]ntia, seu co[n]sensu curatoris, et patris

Et quicquid p eos fact fuerit ualeat, obtineat, et teneat. Nec petere possint in ipis causis criminalibus benefitiu restitutionis in integru. Insup uolumus q ipi maiores. xiiij. annis, et et mulieres possint, et ualeant testimoniu super ipis causis criminalibus ferre, et testimoniu ipor ualeat, et teneat omni exceptione cessante.

De pena extrahentiu terminos. c. xvij.
uel immittentiu

Termini, uel alicuj aliud quod loco termini haberet quicunque celauerit, occultauerit, extraxerit, seu emiserit in. x. lb. den puniat p quolibz, et qualibz uice. Et tale termini, uel loco termini haberet reducere debeat in pristinu statu put p duos hoies, uel plures fuerit testificati cu eor iur^to. Et ad pbatione pdictor sufficiat fama publica quatuor testiu de contrata, in qua tale malefitiu fuerit comissu. comprobata.

Eadem pena plectatur immittens terminos in suo uel alieno sine licentia uel citatione hendis desuper interesse

De pena recipientis ius cessu ab extranea psona, uel emetis possessione inquano eet in possessione. c. xviij.

Nullus de sellano, uel eius districtu recipiat, seu recipe debeat ab aliqua psona extranea, uel foresi aliquod ius

89v

crediti, seu debiti cōtra aliquē sellamense, uel eius districtualem, seu emere aliquam rem de qua talis forensis debitor, seu creditor nō eēt in possessionē, nec ius sup ea rē emere sub poena, et ad poenam x. lib. p q̄libet, et qualibz uice. Et ipius Juris emptio, uenditio, et quicqd factū esset nullā habeat firmitatē, et nō ualeat ipō iure. Volumus eēt q cuilibz liceat emere a tali foresi si rē, quā uenderet possideret, et ius in ea cuilibz liceat recipere.

In libro maleficior

De pena laborantiū bona exbānitor, et pena recepta mlii eas. C. xviiij.

Possessiones exbānitor coīs sellam nullus laborare p̄sumat absq; expressa licentia Judicis, et consiliarior ipius coīs qui erūt p tempora, uel maioris partis ipor ad poenam xxv. lib. den. et nihilō ad restitutionē fructuū Curie teneat. et dicti fructus estiment, et ipor estimatio compensetur in cor exbānitione. dicti aūt exbānitī intelligant illi, qui exbānitī sūt coīs sellam occasionē maleficior. Addiderūt huic capitulo q nulla psona de dicto

castro Sellani, vel eius districtu audeat, vel presumat
receptare in domo propria, vel conducta aliquem exbannitum
communis Sellani ad poenam infrascriptam videlicet quod si dictus talis ex-
bannitus esset in banno .cc. libris vel abinde supra puniatur
receptans in .xxv. libris denariorum. Et si esset in banno .c. libris et ab
inde infra usque in .L. libris denariorum puniatur receptans in .xv.
libris denariorum. Et si esset in banno .L. libris et abinde infra usque
in .xxv. libris denariorum puniatur receptans ipsum in .x. libris denariorum.
Et si esset in banno a .xxv. libris denariorum infra puniatur re-
ceptans in .c. solidis denariorum pro quolibet, et qualibet vice. Et
receptatio predicta intelligatur quando quis receptaret eum in domo seu cappana
propria, vel conducta, dando sibi exbannito, vel exban-
nitis cibum et potum et associando eum, vel eos cum armis. Et
quilibet possit contra facientes in predictis, vel aliquo pre-
dictorum accusare et denuntiare cum duobus testibus
fide dignis de visu, et habeatur pro plena probatione.

De pena ingomborantis casalenum alicuius, et vias vicinales. c.xx.

Quicumque in castro Sellani ingomboraverit casalenum alicuius,

uel in eo casaleno aliquod ingomboramentum posuerit, seu tenuerit debeat ipsum disgomborare ad petitionem petentis; Et si ipse ingomborans, uel ingomboramentum tenens senserit se grauatum a dicta disgomboratione fienda ad petitionem petentis ponantur per curiam ipsius castri duo Massarij fidedigni, qui non sint participes ipsius casaleni ad uidendum ipsum ingomboramentum. Et si ipsi Massarij dixerint ipsum ingomboramentum fore disgomborandum, tunc talis ingomborans seu ingomboramentum tenens infra xv. dies postquam in mandatis habuerit a Iudice teneatur tale ingomboramentum disgomborare ad poenam c. solidorum den. pro quolibet et uice qualibet, que pena per Iudicem, et officialem dicti communis tollatur, et exigatur contra delinquentes in predictis de facto sine processu, uel ~~sine~~ sententia ferenda. Volumus insuper quod quicumque habuerit, uel tenuerit clausum, uel occupatum aliquod uicinale, seu aliquam uiam uicinalem, ita quod per ipsum uicinale seu uiam uicinalem comode transire non posset teneatur, et debeat illico tale uicinale, seu uiam uicinalem aperire, et ipsum et ipsam semper apertam tenere ad penam predictam.

De pena derivantium aquam de cursu suo. c. xxi.

Nulli liceat aquam derivare in castro Sellani, vel eius distri-
ctu de suo conductu cursu extrahere, et qui contra fecerit
puniatur in .xl. s. pro quolibet et qualibet vice. Et nulli li-
ceat mittere sulcos per suam possessionem in preiudicium alterius,
nec ruinam cominare valeant contra possessionem alterius
ad penam predictam. Volumus autem quod cuilibet liceat mit-
tere sulcos consuetos mittere per spatium quinque annorum per
suam possessionem sine pena.

De pena vindemiantium ante certum tempus. c. xxij.

Nullus vindemiare debeat nisi elapso die tertio Mensis
Octobris quolibet anno. Et cuilibet liceat vindemiare ela-
pso dicto tertio die dicti Mensis, Et si quis contra fe-
cerit puniatur pena c s. den. pro quolibet et qualibet vice.
Et per curiam communis Sellani possit de predictis inquiri, et procedi per
omnem modum. Et in predictis sufficiat probatio octo testium
de publica fama que probatio pro plena et legitima habeatur.
Volumus autem quod habens, seu laboratores habentes, seu la-
borantes vineas in villa Aque pinule ultra aquas versus

91v

castrum Montis s.ti possint, et cuis liceat windemiare ipas uineas qn windemiabunt alij incim habentes uineas ultra ipsam aquam sine pena, et banno. Et simili habentes uineas in uoc. costary iuxta flumen, et ppe Territorium Montis sancti possint windemiare eo tempore, quo windemiare contigerit uineas homini de Monte s.to impune. Additu est huic caplo qd a fonte barchi, et fonte Turgi Vij ultra, uersus dctam uillam uij, Forfi, et alias uillas conuicinas nemini liceat windemiare in dictis locis usque quo no fuerit pterita septima dies dicti Mesis octobris anno quolibet.

De pena laborantiu inter muru, et fossu cois. c. xxiij.

Nulla psona laboret inter muru, et fossu cois sellami: uz. de bonis ipius cois, uel zappare, uel laborare, uel laborari facere: uz. a porta s.ti Angeli usq ad portam s.te Marie et a porta s.te Marie usq ad portam noua, uel aliquod ingomboramentum facere, uel ponere, et qui contrafecerit puniatur p quolibz et qualibet uice in. xx. solidis denarior.

De pena occupātis, uel impedientis Molendina cōis, z de electione Massarior sup eis. Cap. xxiiij.

Occupans molendina cōis sellam, uel aliq eor, uel in eis uel aliquo ipor impedimentū pstans, seu dans pp qd ipā Molendina, uel aliq ipor cōmode macinare non possent, uel pp qd impedimentū reciperēt, uel aliquā lesionē puniat, z cōdēnet in L. lib. den. Molendina autē cōis pdicti coptinari, uel alicui uendi, seu obligari nō possint, nec in eis mitti, seu poni possit aliquis Molēdinarius nisi primo deliberatū fuerit p Arengā iurator de Populo, z si fieret nō ualeat, et sup pdictis curia cōis sellam possit cōtra delinquentes p oēm modū pcedere. Additū est huic caplo q Defensor, z Consiliarij qui erūt p tempore teneant, z debeat uinculo iurti in principio eor officij eligere, z noiare tres bonos z expertos hoiēs, seu Massarios unū p qualibz Vayta, z de quibz supra fit mētio in primo libo pntium Statutor de regimine. cap. xij. qui psint, z auctem habeat sup aptatione dictor molendinor, z eor manutentione

et quicquid p ipos factu, z pmissu fuerit p utilitate
ipor Molendinor Camerarij cois qerut p tempore
teneant ~~solvere, z satisfacere~~ cu debib. z decreto
consilij de pecunijs ipius cois, ac expensas p eosdem
Massarios p pea factas, solvere, z satisfacere; quor
massarior officiu duret, z durare debeat p annu,
et successive p regime p tempre quolibz anno fiat
nova electio; z habeant tales Massarij p eor salario
lbr. tres den. p quolibet ipor in fine eor officij de pe-
cunijs cois.

~~In libro maleficior~~ Q Iudex teneat facere copia pcessui, z deferre de-
fensori. C. xxv.

Iudex, notarius, z officialis cois sellani qui p tempore fuerit in
castro sellani teneat, z debeat vinculo iuramenti, z poena v.
lbr. den. de suo salario facere copia oium pcessui criminaliu
qui fieret p curia cois sellani contra quoscumq cu nominibus
denutiator, z denutiati z cu noie inquisiti, cu substantia
delicti, z cu die initiati pcessus quato brevius poterit in
quoda quaterno p eu fiendo in principio sui officij, z infra

tres dies a die imitati processus, qui quaternus teneri, atque cõservari debeat per defensorem dicti cois, et eidem dari per dictum Iudicem ad penam supradictam.

Q nullus possit ad confinia mitti nisi in ctis de cais, et de pena confinator non eũtium ad confinia. C. XXVI.

Ponatur hoc c.m cum precedenti in libro malefitiorum.

Nullus de castro Sellam, uel eius districtu possit terrafinari uel ad confinia mitti pro uerbis extra territoriũ ipsius castri nisi pro maleficio unde imponeret pena per statuti dicti cois a XXV. lb. supra, pro quo maleficio possit confinari per XV. miliaria longe, et per tres dies tm, Et pro alijs maleficijs unde imponeret pena a XXX. lb. supra possit terrafinari per V. dies infra dicta miliaria. Et pro homicidio, furto, Robaria, et his similibus per X. dies, et per XX. miliaria longe, Volumus insuper q Iudex defensor, et Consiliarij, uel maior pars ipsorum possint, et eis liceat mittere ad cõfinia pro bono, pacifico, et tranquillo statu cois Sellam illos, quos uoluerint, et in loco quo uoluerint, et tempore. Additum est huic caplo q quotiescumque pro statu pacifico dicti castri fuerit aliquem de dicto castro, uel districtu

iniunctum, et mandatum per parte officialium predictorum, vel maioris partis ipsorum quod aliquis ad confinia iret tam ex causis dictis, quam alijs quibuscumque, et talis cui mandatum extiterit ire contempserit, et recusaverit mandato predicto obtemperare quod incurrat poenam .L. libr. den. sine diminutione.

Quod suspectus de non offendendo debeat dare fideiussores. c. XXVIJ.

Si quis haberet aliquem in suspectum ne ipsum offendat in persona vel rebus Iudex, et Vicarius ipsius communis, et eorum quilibet qui super hoc fuerit requisitus teneatur, et debeat, cogere, et constringere talem suspectum ad petitionem petentis ad dandum duos bonos fideiussores de non offendendo eum in persona, vel rebus. et cum adiectione penae centum flor. marchie camere communis Sellani applicandorum, et pro quarta parte executori. Et si talis suspectus dictos fideiussores dare recusaverit puniatur poena .XXV. libr. den. pro quolibet die quo fuerit in mora post preceptum eidem factum per curiam ipsius castri et hoc intelligatur de hominibus ipsius castri, et districtus. Additum est huic capitulo quod Vicarius, sive Iudex sive potes

Prestita tamen cautione simili ante omnia ab ipso petente nisi aliter Iudici ex aliqua evidenti ratione iustificatum visum fuerit observandum.

pro tempore possit quotiescumque sibi videbitur ex-
pedire constringere, et cogere ex suo officio sus-
pectos de se offendendo adinvicem ad idonee cave-
dum sub dicta poena ut supra incurrenda, et appli-
canda, et qui dare fideiussores idoneos recusaverit
post factum sibi preceptum similiter poena xxv. librarum
quolibet die quo fuerit in mora post preceptum sibi fa-
ctum per curiam ipsius castri ut supra, puniatur, et ut
supra et applicanda, et de facto exigenda.

De pena sedentis prope curiam quando extrahuntur
officiales. Cap. xxviij.

Nullus stet, seu sedeat prope curiam ipsius castri ad me-
diam perticam quando eligerentur officiales ipsius communis
vel quando extrahuntur brevicelli ipsorum officialium
poena v. solidorum pro quolibet, et qualibet vice contra faci-
enti de facto auferenda. Et curia ipsius ca-
stri teneatur predicta facere banchiri.

94v

Julio 3°

De pena nō trahentiū ad Rumorē in confinibus ubi eēt Rumor. C. XXVIIII.

Ubicūq3 in confinibus castri sellani orireť, sive esset aliqs rumor quilibz de ipō castro, z eius districtu teneatur z debeat ad ipm̄ Rumorē, vel ad locū ipius Rumoris, vel ad aliū locū ubi necesse fuerit adtragere, et qui cōtrafecerit puniať pena C. ß. den. p quolibz, z qualibz vice. Et hoc intelligať dum Campana cōis pulsaretur ad arma mandato Judicis, z officialis cōis pdicti.

De pena lavantiū panos, aucupantiū, vel facientium turpitudinē ppe fontes, stagna, vel soglia p qnq. ~~pertica~~ pedes pertice. Cap. XXX.

Pannos, seu carnes in aliqua fonte castri sellani, vel eius districtus nulla psona lavare debeat nec in ipsa fonte, vel ppe ipsam fontē, ad quinque pedes pertice aliquam turpitudinē, seu ingomboramentum, seu impedimentū faciat, et qui cōtrafecerit puniatur pro quolibz in floreno uno marchie, et quilibz possit contra faciētes

demittiare, et accusare, et credatur suo sacramento. Et eadem pena puniatur qui turpitudinem, vel impedimentum fecerit prope aquam, seu in aqua aqueductui que est, et fuit prope possessionem que olim fuit Cinni Petrani, que poena exigatur de facto. Vicarii autem communis teneantur vinculo iuramenti terminare omnes cortinas fontium predictorum. Additum est huic capitulo quod nulla persona cuiuscumque gradus tam selvanensis quam forensis audeat, vel presumat post aperturam presentium statutorum aliquo modo audacia temerari, animibus, lavare pannos, vel alias res, vel aliquod incomodum, deguastationem, immunditiam, seu turpitudinem facere in in dictis stagnis, seu foghis aquarum dicti Comitatus videlicet Ville Montisalue, Puzoli, Collis mursie, Planiturris, Meletangie, cignani, Cappelli, serpollette, Forsi, et Martini sub poena unius floreni Marchie pro quolibet contrafaciente, lavante, deguastante, et deturpante ut supra, et pro qualibet vice applicandam prout alie pene damnorum datorum et extraordinariorum sine diminutione.

Q. oes hoies faciant obseqa cois exceptis maioribus. LXX. et minoribus. XIIIJ. annis. C. XXXI.

Omnes hoies Castri Sellanj, et eius districtus teneant, et debeant facere oia obsequia psonalia, et realia ipius cois ubi, et quotiens deliberatu fuerit in consilio, seu preceptu esset pro parte curie ipius cois. Contrafaciés uero puniatur pena imponenda in consilio pdicto. In alijs autem casibus soluat pena .II. s. auferendor de facto p qlibz, z qualibet uice nisi iustam habuerit cam, et nihil s. ad ipa obsequia facienda teneat. Exceptis aute d predictis maioribus septuaginta annis z et minoribus quatuordecim annis, quos ad ipa obsequia psonalia uolumus nó grauari. Additu est hinc caplo qp qs sit maioris etatis, siue minoris p iudicem, z officiale dicti cois de consensu defensoris, z Consiliarior habitis pbationib legmis declaret, als quilibz ad dicta obsequia teneat nó obstante aliqua pbatione, uel pmissione que fté appareret, exceptis a dictis oneribus his, qui impediti essent ita qp laborisia

possessionem facere comode nõ valeret. Additum fuit huic capitulo pro bono publico, quiete, et pace dicti castri, et hominum predictorum, quod quicumque de dicto castro Sellani et eius districtu nõ subiret onera realia, et personalia in dicto castro cum effectu ad que tenerentur ceteri Sellanenses tractetur, habeatur, et reputetur in omnibus, et per omnia ut forensis, ac perinde ac si Sellanensis nõ esset presentis statuti, et legis auctoritate.

De pena secedentium de taberna contra uoluntatem tabernarij. C.XXXII.

Nullus secedat de taberna contra uoluntate tabernarij, seu uini uendentis nisi primo eidem soluerit de eo, quod comederit, uel biberit uel nisi primo cum eo concordauerit sub pena V. solidorum denariorum de facto auferenda, et de predictis credatur sacramento accusatoris.

De pena uendentium uini ad minutum nisi hac forma, et quod in domo monitionis stare debeant mensure. C.XXXIII.

Nulla persona de castro Sellani, uel eius districtu uendat uini ad minutum nisi cum mensuris iustis, et sigillatis

ad mensuram Spoletanam, et sigillatis sigillo cois Sellani, et
sigillo plumbi, et debeat habere foghettam, medium, et pitit-
tum, et cum ipsis mensuris vendere et mensurare, et non cum
aliis, et qui contrafecerit puniatur pro quolibet et qualibet
vice in xx s. den., et ipse vinum vendens teneatur ipsas
mensuras, et quamlibet ipsorum implere pena xl s. den. pro
quolibet et qualibet vice, et de predictis quilibet possit esse
accusator cum uno teste fidedigno de visu, et habeatur
pro plena et legitima probatione. Et nullus ipsum vinum vendens
tempore ipsius venditionis faciat alicui de Sellano, vel
eius districtu aliquam credentiam a x s. supra sub
poena xx s. pro quolibet et qualibet vice, et talis cui
dicta credentia facta fuerit a dictis x s. supra
eidem non teneatur dare, et Iudex et officialis ipsius
cois a dictis x s. supra ius alicui contra facienti
non reddat. Et vendat ipsum vinum secundum ordinem et deli-
berationem per defensorem et consiliarios cois predicti qui
pro tempore erunt toto tempore presentis statuti, nec aliter
vendi possit, nec licentia concedi per aliquem officialem

dicti cois, z qui contrafecerit in predictis puniatur pro
quolibet, z qualibet vice in .C. solid. den. Et quilibet
de predictis possit ee accusator cu uno teste fidedigno, z
habeatur pro plena, z legitima probatione, Et de predictis oibus
z singulis contra vinu vendentes, z delinquentes in predictis
uel aliquo predictorum Iudex, notar. z officialis cois
sellani possit procedere per inquisitione, denuntiatione, z
accusationem, z per eumdem modum. Et pro talis vini ven-
dens teneatur unicuique volenti vendere pena pro
quolibet contrafaciente, z qualibet vice .xx. s. den.
de facto per Iudicem auferenda. Et super predictis tene-
atur iudex, z officialis inquirere, z investigare di-
ligenter quibuslibet .xv. diebus pena .xl. solid.,
z reos culpabiles de facto punire habita fide
ab uno teste fidedigno, que pro plena z legitima ha-
beatur, uel per inventione ipsius officialis. Additu est
huic capto quod Regimen pro tempore teneatur infra .xx.
dies post aperturam primum statutorum curare cu effe-
ctu sub poena .x. lib. den. quod in domo munitionis

existent mensura vini, et mensura olei, v3 foghietta sellanensis, que spoleti dicit il mezo, una ad vinum mensurandū apta, et alterā ad oleum ex ere, vel Rāmine, et alligate cū cathenis ferreis, ita q amoveri nō possint, et quicumq amoverit dicā pena .x. lib. den. puniat, et cu dictis Mensuris cois adiustentur alie particulariū psonar.

De pena vendentiū vini nisi hac forma. C. XXXIIIJ.

Adhoc ut habens vinū in castro sellani, et eius districtu vēdatur ut venditur vinū forense. Statuerut et ordinaverut q omnib et singlis sit licitū vendere vinū in domo cuiuscumq, ac et vinū forense eo mō, et forma qua vinū venditur Sellanense, et qui cōtrafecerit incurrat poenā .xl. sol. den. p quolibz, et qualibz vice, et mensura, que poena cōtrafacienti de fcō debeat auferri. nisi fuerit aliter pvisū, vel ordinatū p regimen dicti castri pro tempore.

li plus debito ex — De pena petentis debitū iam solutū. Cap. XXXV.

Petēs debitū iam solutū corā curia ipius castri si in ipa

petitione perstiterit usq; ad co(n)testatione(m) litis, seu q(ui)s
p(re)ceptu(m) fieri fecerit de soluendo su(b)iaceat pena .c. solid(orum)
den(ariorum) p(ro) quolib(et), (et) qualib(et) uice. Et sufficiat in p(re)dictis
quietatio qualitatis, seu rei petite, uel p(ro)batio testiu(m)
que quietatio habeat p(ro)batione(m) plena(m), (et) legi(ti)ma(m) p(ro)batione(m) nisi
co(n)tra ip(s)am quietatione(m) argueretur de falso, (et) curia
teneatur scita ueritate mittu(m) mit(t)on(?) refici facere
expensas factas occasione p(re)dicta. Et contra p(re)=
dictos curia possit p(ro)cedere p(ro)ut melius in ea li-
que delinquentes. Idem seruetur contra petentem plus
debito exceptis h(e)r(e)dibus cessionarijs et subcessoribus alijs et ui(c)ta(m) hentibus ignorantie cam.

De modo uendendi carnes recetes, (et) pane(m), (et) de pena
co(n)tra facientiu(m). Cap. XXXVI.

Pane(m) carnes recetes uendant, (et) uendi debeat in castro
sellani ad illu(m) modu(m), (et) ordine(m), (et) p(ro) illo p(re)tio quo uen-
du(n)t in castro cerreti, (et) si quis co(n)tra fecerit puni-
atur in .x. s(olidis). pro quolib(et), (et) qualib(et) uice. Et Iudex,
et Defensor, (et) Consiliarij dicti co(mun)is mittere teneantur
cerretu(m) quolib(et) mense ad exquirendu(m) ueritate(m) de
p(re)dictis, et sup(er) p(re)dictis modis, atq(ue) ordinib(us), (et) pretio

uendēdo possint, et debeāt p̄dicti officiales facere ordinem,
et assettū, necnō et sup uino uendēdo, et penā in ipō ordine
imponere, et ipē ordo postmodū seruet donec mutatus
fuerit ordo, seu assettus de pane et carnibus tantum in
castro Cerreti. Et possint Defensor, et Consiliarij p̄dicti locare
macellū p uno anno nō remouēdo sagiū cerreti. Vēdētes
aūt carnes recētes in castro sellani teneant, et debeant
habere, et tenere bilancias, et pondera iusta, et libram,
et mediā librā, et duas libras, et tres libras quatuor libr,
et quinq; libr singulū, et p se quālibz ipoꝝ ponderꝝ sigil-
lataꝝ et adiustataꝝ sigillo cōis sellani: et cū ipis ponde-
rare emētib; ac et cū statereijs iustis; et q carnes re-
centes de porcis et castratis possint uendi in castro sel-
lani, et districtu p eo p̄tio quo uendunt in Cerreto, siquis
aūt cōtrafecerit puniat pœna. xx. s. den. p quolibz, et
qualibz uice, et nullus aliquas carnes recentes sine li-
centia Iudicis, et officialis dcī cōis uendat ad dcām penā
que pena auferatur de facto sine prolatione sētentię.
Et curia teneatur de p̄dictis sepe sepius inquirere.

De pena Arengantis, uel consulentis quod aliquod capitulum presentis
Statuti suspendatur, uel tollatur, et de modo tenendo in reformatijs
et earum confirmatione. cap. xxxxvij.

Nullum capitulum ex capitulis in presenti uolumine Statuti scriptis, seu
positis tolli, cassari, seu suspendi ualeat. et quicumque di=
xerit, consulerit, arengauerit, seu proposuerit quod aliquod
capitulorum predictorum tollatur, cassetur, seu suspendatur, in
xxv. libr. den. uice qualibet condemnetur, et quod fieri
non ualeat nisi per prouisores communis spoleti. Additum est huic
capitulo quod Defensor, consiliarij, et officiales dicti Castri
sellani, nec aliquis ipsorum possint, nec debeant aliquod
partitum alicuius spatij proponere, mittere, nec committere
quod mittatur cum aliquo partito dicti communis poena pro quolibet
dictorum officialium contrafacientium in predictis. C. libr. den.
et nihilominus quod factum fuerit non ualeat, nec teneat ipso
iure. Additum est et huic capitulo quod si contingeret per-
petuis futuris temporibus aliquod consilium reddi, uel aliquid
reformari in Arenga generali dicti castri, uel alibi,
et quod non contrariaretur alicui capitulo presentium Statutorum, quod non
confirmetur, et confirmari non fiat, a communi Mag.ce Ciuitatis
spoleti seu prioribus siue et superiore, et minus obseruetur,

nisi tale consultu, seu reformantia fuerit ante cofirmationē
uisa, z approbata p tres defensores z eoz socios consiliarios
gradatim z seriatim succedentes, z extractos, nec electos
ad regimen dicti castri post factu tale consultu, seu re-
formatiam, Et si alr fiat no ualeat, nec teneat ullo
mo.

De pena facientis impedimentu Aree alicuius. C.xxxviij.

Aream alicuius nullus impediat, uel aliq impedimetu fa-
ciat ipsi Aree seu in ipa area, seu ppe ipam Aream
p quod impediatr triturare, seu uentilare, seu aliqua
oportuna in eo facere, Contrafaciens uero in .xxv. libr.
den. uice qualibz puniatur.

Et quilibz habens domu iuxta muru cois teneatr ipm
muru cooperire. Cap. cxxxix.

Quicumqz habet domu aliqua in muris, seu iuxta muros
cois teneatr z debeat ipm muru, seu muros cois iuxta
suis domos existentes, cooperire suis expensis de cup-
pis, scandulis, seu de lastris ita q in ipo muro comuni
aqua nō pluat ut ipe murus cadere, uel deuastare
nō possit. Et si quis contrafecerit puniatr pena .x. libr. den.
pro quolibz z qualibz uice. Et si ipe murus caderet,

uel deuastaret in totū, uel in parte debeat aptare, et ru
reco operire suis expensis. Additū est q̄ istud capitm
de cohoptura loquens sit in arbitrio Defensoris, et Consili-
ariorum, ita q̄ habentes domos iuxta dictos muros castri
teneantur cohoprire ad mandatū p̄dictorum Defensoris, et
Consiliariorum alās nō teneant' ad penā.

Quicūq; habuerit ortos cōis, uel alia bona cōis soluat
coptimū. Cap. xl.

Quicūq; habuerit, uel laborauerit aliquē hortum,
seu possessionem cōis sellani teneat', et debeat anu-
atim in festo s.te Marie de Augusto soluere Ca-
merario cōis p̄ ipō cōi recipienti septē solidos pro
quolibȝ stario p̄ coptimo dictorum hortorum, seu pos-
sess. Et qui contrafecerit in nō soluendo infra
dictum terminū soluat, et soluere teneat' duplum
eius quantitatis quā soluere deberet. Et Iudex, et
officialis ipius cōis. xv. diebus ante dictum
festū teneat' facere banchiri.

De executionibus exbannitorum et collectarum
ueterū Iudex habeat unū solidū p̄ libra den. et de
tenutis capiendis, et pena turbantis eas. C. xli.

100v

Ad hoc ut maleficia nõ remaneant impunita, et oẽs
soluere debentes collectam, siue collectas pro
eorum estimatione soluant. Statuimus, et ordi-
namus quod Iudex, et officialis cõis Sellani
teneatur, et facere debeat diligenter, et sollicite
executionem oium, et singulorum condẽnationum
datarum contra quoscũque a quinque annis citra,
et oium, et singularum collectarum impositarum, et
dictus Iudex, et officialis qui ipam executionem
fecerit habeat, et habere debeat ab illo, seu illis
contra quos fecerit dictam ipam executionẽ unum
solidum den. pro qualibet lib. den. quã soluere fe-
cerit Camº cõis Sellani pro ipo cõi recipienti de
omnibus quantitatibus ipor condẽnator, et col-
lectarum pro sua executionẽ. Et pro predictis exe-
cutionibus faciendis maxime pro collectis
possit, et ei liceat constringere laboratores rea-
liter et personaliter illarum possessionũ, quarum col-
lecte non sunt solute ad soluendum ipas col-
lectas, et ipis laboratoribus sit licitum

retinere fructus illarum possessionum donec eis
fuerit integre satisfactum sine pena et damno.
Additum est huic capitulo quod Defensor qui pro
tempore erit possit et debeat capere tenutam
et actualem possessionem terrarum et bonorum
existentium in territorio castri Sellani nomine
et vice communitatis, spectantium ad personas
quaslibet non habitantes in dicto castro
sive eius districtu debitrices quarum-
cumque collectarum communis dicti castri pro huiusmodi
collectis per eas debitis dictas terras et bona
nomine et vice communitatis et pro ea possideantur, et
fructus communitati, sive eius Camerario pro
rata dominica consignentur et restituantur,
donec tales debitores solverint collectas in-
tegraliter. Et quicumque turbaverit dictam te-
nutam quomodolibet, vel dictam communitatem in tali

eius possessione, et tenuta puniatur poena decem
florenorum marchie de facto et sine alio processu
per curiam dicti Castri.

Quod Fiat per Officialem unus liber in quo scri-
bantur possessiones vendite. C. XLII.

Volumus, et mandamus quod per officialem communis
Sellani fiat unus liber carte membrane
in quo scribantur possessiones vendite illi qui
emerit cum lateribus, et precio prout co-
tinetur in catasto qualibet Wayta per se.
Et fiat mentio quod diminuatur de catasto
venditoris. Et officialis habeat pro suo la-
bore duos solidos denariorum pro qualibet pe-
tia terre, et a qualibet parte.

Quod omnes foculares teneantur soluere salarium
Potestatis, et communis Spoleti. C. XLIII.

Omnes habitantes in castro Sellani, et eius districtu

qui faciant focum, uel ignem deliberamus
q tenea(n)tur, et debeant pro foculari fu-
mante salarii potestatis, et co(mun)is spoleti
soluere, et etiam collectam pro possessio-
nibus, & bonis, que habent in districtu
soluendam infra terminum per officialem p(re)-
figendum ad penam quatripluris auferé-
dam de facto.

Q(uod) aptet(ur) fo(n)s barchi p(er) achiaceles. C. XLIIII.

Statuimus, et ordinamus q(uod) Fons Barchi
et conductus ipsius expensis achiacetium
ipsi fonti aptetur, et q(uod) nullus audeat, uel
p(re)sumat q(uod) Aque cursum q(ui) per ipsum con-
ductum no(n) currat impedire. Et si aliqui
arbores essent p(ro)p(e) ipsum conductum que
impedirent ipsum aque cursu(m) q(uod) sit licitu(m)
achiacetibus dicti Fontis aucte Iudicis

ipsas arbores detruncare, et extirpare facta
primo estimatione dictarum arborum, et solutio-
one ualoris dictarum arborum. Qui estimatores
debeant poni per Iudicem de hominibus
contrade. Additum est huic capitulo quod si
occasione radicinarum alicuius arboris aque-
ductus alicuius fontis impediretur, uel
uastaretur quod dominus talis arboris teneatur
suis expensis aqueductum huiusmodi fa-
cere reparari, ita quod aqua libere per ipsum
labi possit, et remouere impedimentum, et
hec executioni mandare ad mandatum Iu-
dicis dicti comunis, et infra terminum quinque
dierum pena contrafacienti pro quolibet pre-
cepto .x. solidorum denariorum de facto auferenda.

Nullus Forensis possit emere aliquam Domum iuxta Plateam, uel muru Publicu, nec aliqua possessione in dco castro Sellani et eius districtu nec foresi possint locari terras, uedi ligna nisi cu licentia Regiminis. Cap. xlv.

Nullus Forensis possit, aut ualeat in dco castro Sellani emere aliquam domu, siue edificiu aliqd proximam siue proximu muris publicis dicti castri, aut platee eius p. x. pedes pertice, ad mensuram cois Sellani predicti nec aliqua possessione, siue rem immobilem in dicti castri districtu sub pena centum Flor. pro quolibet uendente, et emente, et uice qualibet. et psentis legis auctoritate Emptio, a

dicto Forense facta rerum p(re)dictarum
nulla sit ipso iure. Additum est huic
capitulo q(uod) nullus de dicto castro
uel eius districtu possit, seu ualeat ue-
dere, alienare, seu donare Forensib(us)
aliquod genus lignorum, et minus lo-
care, seu ad laboritiu(m) concedere per
se, seu alii, aut ad leuandum, et ad
pasculandu(m) aliquod tenimentum terre
siue siluam in territorio dicti Castri
hominibus, et personis no(n) subiectis
iurisdictioni co(m)munis Spoleti ~~ad la-~~
~~boritium, Coptumue~~ quouis quesito colore,
et ingenio sine expressa licentia De-
fensoris, et consiliarior(um) de qua appareat
publica scriptura, sub pena quinquaginta

lib. den. p venditore, donatore, emptore, locatorem, et conductorem, siue contrahentes hinc inde incurrenda pro quemlibz ipsoru contrafacientiu et de facto exequenda, et pro quarta parte executori applicanda.

Q nulla psona possit capere uel occidere columbas, et de pretio pippionu. C. xlvi.

Capere, uel occidere columbas nemo possit, nec audeat de dicto castro nec forensis in tenito dicti castri, nec in dicto castro sellam sub pena unius lib. den. p quelibz contrafacientem et qualibz uice et p qualibz columba incurrenda de facto et sine pcessu exigenda; Nemo igitur habens et uendens pippiones in dicto castro et eius tenito possit uendere eos ultra pretium sex solidor p singulo pari sub poena amissionis pippioru et unius lib. den. tam p venditore q3 et p emptore incurrenda ipso

104v

facto, pro quolibet contrafaciente, et credatur
dicto unius testis, et quilibet possit esse accu-
sator.

De Gabellis, et exemptibus ab eis, et de pena
illas fraudantium. Cap. xlviij.

Item quod dicti Domini Statutarij statuerunt, et ordi-
naverunt quod nullus forensis in futurum teneatur
solvere gabellam, sive pedagium de aliqua
re, sive Mercantia cuiuscumque generis, et
speciei qua emerit ab aliquo, sive aliqua de
Sellano excepto quam de grano. Et quod non tene-
atur de Telis pannorum, quae fierent in dicto castro,
et eius districtu, nec de Pannis ualcatis ad ual-
cherias hominum de Sellano, nec de pannis cimatis
seu tonsis in dicto castro nec de quocumque labore-
rio generali, uel re facta in dicto castro Sel-
lani, uel eius territorio et empta a Sellanensibus de
quibus omnibus nullum a dictis forensibus exigatur

pedagium, sive gabella. Item quia homines de Sellano transeuntes per territorium castri Lithini de rebus, quas portant non solvunt ibi gabellam statuerunt quod homines de dicto castro Lithini de rebus, quas emerint, seu fieri fecerint in dicto castro Sellani, et eius territorio non teneantur solvere gabellam, excepto quod de grano de quo solvere teneantur, et similiter liberi sint a dicta Gabella de rebus, quas alibi emerint, et portaverint per territorium dicti castri; Omnes vero transeuntes, et portantes aliquid, de quo gabella veniret solvenda, per dictum castrum Sellani et eius territorium cum bestijs, vel sine, vel aliqua animalia ducentes de quibus gabella, seu pedagium veniret solvendum, et non assignaret in locis solitis, et deputatis Gabellario, et pedagium exigenti et Gabellam huiusmodi fraudaret incurrat poenam unius floreni pro qualibet decina florenorum

105v

ualoris rei fraudate, z animalis res, z salmã portãtis
que res, salma, z animal extimari debeat p duos
hoies de dicto castro p vicariũ eligendos, cuius
pene quarta pars sit executoris, z residuũ sit
coitatis z Gabellarij, et de pdictis de facto
executio fieri debeat, z ad curiã incõtinenti
deferri z adduci, z vicario p tempore assignari.

Q nemo emat granũ in castro sellani cã reuendendi,
z portet grassiã extra territoriũ dci castri. CXLVIIJ.

Item statuerũt ad obuiandũ malitijs aliquorũ q semp
affectant in populo annone caritatẽ q nulla psona
de castro sellani, uel aliunde cuiuscumq conditionis
existat quouis mõ audeat, uel psumat, nec sibi li-
ceat emere aliquam quantitatem granj in castro
sellani uel eius territorio, z districtu ab aliquo
causa reuendendi, nisi p suo tantũ uictu eui-
denti, z ipsius familie gubernande sub poena quinq
lib. den. p quolibz, et uice qualibz exigenda de
facto a contrafaciente, hoc tñ nõ uendicet sibi locũ

contra ementes granu quod esset extra territoriu castri sellani
q̄uis pactum de eo factum esset in castro sellani, uel eius di=
strictu, et q̄, nullam grassiam forensibus licitu sit uendere
causa extrahendi ex castro, ꝛ dis trictu sellani, et minus ex=
trahere licitu sit forensibus, nec sellanensibus ex dicto castro,
siue eius districtu, nec extrahi facere sub poena .xxx. lib.
den. p quolibꝫ cōtrafaciente ꝛ qualibꝫ uice, ꝛ forenses inuenti
portare aliquam Grassiam, ꝛ extrahere extra dicti castri
territoriu amittant, ꝛ amisisse eam intelligantur, et cui=
libet licitum sit huiusmodi extrahentibus talem grassiā
auferre et eripere, ꝛ portare ad curiam dicti castri
impune, Et contrafacientes huiusmodi cuilibet liceat
denuntiare, et accusare, et credatur accusatori, seu de=
nuntiatori cum iuramento, ac si plene, et sufficienter p=
batum esset, cuius pene rerum amissarum ut supra
tertia pars sit accusatoris, alia tertia executoris, et
residuum comunitatis dicti castri sellani.

Q nemo de aliquo maleficio soluat aliquam ratam
pene potestati nō concordata prius cōitate. C.XLVIIIJ.

Cum in castro Sellani uigeat, et sit quedam abusio q. Inquisiti uel condenati soluunt ratam penarum incursarum Potestati, et desuper compositionem faciunt, rata comunitatis tangente nullatenus soluta; ad obuiandum igitur dicte abusioni statuerunt p(re)fati d(omi)ni statutarij, et ordinauerunt q. nemo de dicto castro uel eius comitatu, uel districtu, uel ibidem habitans, qui inquisitus, uel condenatus fuerit de aliquo maleficio uel delicto per eum commisso audeat uel presumat se componere cum Potestate, uel ratam pene incurse Potestati tangentem ipsi soluere, uel concordare, immo q. inquisitus uel condemnatus totam penam compositam, uel incursam in manibus Camerarij comunis dicti Castri soluere debeat, et ex manibus dicti camerarij suam ratam Potestas percipere debeat. Et qui se composuerit, et ratam Potestati ut supra soluerit, et contrafecerit ut supra poenam .xxv. lib. den. de facto incurrat, et sine aliquo processu, et nihilominus teneatur soluere dictam pena(m) in totu(m), et sine aliqua diminutione compositam, uel in quam esset condemnatus prefato Camerario no(n) obstante rata soluta potestati.

Q nemo possit retinere ultra tres porcos in castro Sellani et eius Territorio. Cap. L.

Item statuerunt q. nemo de dicto castro, uel aliunde audeat, uel p'sumat retinere a die carnis privij usq. ad calendas mensis Octobris ultra tres bestias, siue animalia porcina pro quolibet foculari sub poena .v. lib. den. pro qualibet bestia porcina et qualibet uice, exceptis Mercatorib. qui possint retinere per .xv. dies, et non ultra, alijs uero temporibus retinere quilibet possit ad eius libitum, et quot noluerit.

Q quilib. habe'ns et posside'ns aliqua bona in territorio sellane'si, illa in suo catastro describi faciat. C. LI.

Quicumq. castellanus, comitate'sis, uel fore'sis castri Sellani qui aliqua bona emisset, emeret, uel emet in posteru' siue aliquo titulo haberet, uel habebit a quibuscumq. personis dicta bona in territorio dicti castri existentia, uel sita infra termini' unius a'ni quoad emptasiue aliter habita a die publicationis p'sentiu'

còputandi; quo autè ad emendas possessiones, siue quis
aliò titulo habendas infra similè annù a diè emptionis
uel habitionis p̉dicte còputandi in suo catasto uel
estimo cù effectu describi faciat, & allibrari, sub pœ-
na decè solid. dẽn. pro qualibet libra dictar. posses-
sionù de facto auferen. & de more applicanda; simili
et pena puniatur quilibet uendès, et in alios quouis
titulo tales possessiones transferens, et qui uendidit
seu transtulit, nisi p. iudicè et notariù còmunis, in-
fra dictum terminù ex catasto ipsius, in quo de-
scripta inuenirent. deleri fecerit.

QVINTVS LIBER DANNORVM DATORVM

De electione Vallarior et ipsor officio. C. I.

Vallarij in qualibet Vaita per Defensorem, et Consilium dicti cois, uel maiorem partem ipsorum in principio eor officij eligant' vz in qualibet Villa districtus sellam(?) [illegible] Vallarius, qui Vallarij teneant et debeant custodire omnes segetes et fructus Arborum, et vinear et silvas banitas, et non banitas in districtu sellam(?) positas. scilicet quilibet vallarius in una contrata vel villa ubi fuit Vallarius. et dicti Vallarij teneant et debeat iurare ad sancta Dei Evangelia manu tactis scripturis denuntiare Curie ipsius Castri,

108v

88

omnes et singulas damnundantes personaliter vel cum
bestijs in possessionibus bladis, et fructibus
Alterius. Et duos ipsarum bestiarum qui et
que dannum darent saltim semel consequense-
qui damnundantes personaliter vel cum bestijs
puniri debeant secundum formam Statutorum
loquentium de damnis datis, quorum et cuius-
libet ipsorum accusationi seu denuntiationi habeant
plena fides exi, seu eis credatur. Et nihilo-
minus ipsi damnundantes teneantur emendare
Ipsis passis dannum, et saluare damna per eos
vel ipsorum bestias facta. Si aut in aliquo damno
dato cum bestijs, et sine bestijs malefactor ipsius
damni nesciret, vel sciri non possit. Tunc Villa-
rius Contrate in qua dannum datum esset ad pe-
titionem dannum patientis ponere debeat duos

massarios de illa Contrata, In qua da-
num datum esset. qui Massarij teneat
et debeant eorum Iuramento de novo presta-
do ipsum dam͞nu extiare et terminum per
officiales statuendum. qua extiatione
facta, et facta per eos, vel aliquem ipsorum
accusatione seu denuntiatione de ipsis inferen-
tibus damnum vel de bestijs ipsorum. Idem val-
larius videlicet, quilibet ipsorum in sua
Contrata accipiat et colligat pignora,
et ipsum dare debeat dam͞nu passo. videlicet de illo
damno seu damnis de quo seu quibus nosairet
malefactor. Et de alijs damnis datis persona-
liter vel cum bestijs, de quibus accusatione
seu denuntiationem fecisset retineat pro

coi, et pro suo salario. Et dicti vallarij
eligi debeant de tribus mensibus in tres me-
ses. et ordo praedictus servet' per totu anum.
Quorum officium Vallariorum no duret nisi per tres
Menses. Et dicti Vallarij no possint eligi
de hominibus populi. et ille seu illi qui
fuint vallarij tres menses in illo anno amplius
no eligant' in dicto officio, & ille seu illi, qui
fuint electi vallarij teneant ipm officium
acceptare. et si aliquis contra disserit
condempnet' in .xl. s. den' corton'. et dicti
Vallarij habeant pro qualibet bestia p
eis accatata duos den' et pro quolibet accato
personali sex den'. et quicumq ex ipsis
accatis personali, vel cu bestijs se non permi-

ferit pignarari soluat .v. soll, den' pro quolt
et qualibet vice de facto et de predictis
stet' dicto et assertioni dicti Vallary. Volumus
tam q. iurans coram officiali le cois cu sacra-
mento de novo prestando se personalr nel
cu bestiis no dedisse damnum in illo dano, seu
danis ubi malefactor reperiret q ultius non
granet de eo. Et pignus seu pignora sibi ac-
cepta deba ocoe Restituant per vallariu.
Additu est huic caplo q defensor & consi-
liary dicti Comunis in pria° ipor officy .v3.
infra mensem teneant et debeant eligere
in castro Sellan duos Custodes secretos
et in qualibet villa districtus Sellani,
vnu. qui teneant denumptiare & Referre

110v

Curie castri sellani omnes facientes contra formam in maleficiys et alys contra formam statutorum comittendo, cui teneatur iurare et coram officium acceptare modo quo supra ad dictam penam xl. ß. den., cui teneatur iudicia seme' bimense deferre ut supra, et si dicti defensores et consiliary fuerint negligentes in predictis condempnentur in xl. ß. den. Additum est huic capitulo quod villa aque comunale sit, et esse intelligatur cum vallarra castri sellani villa collis sancti Savini sit, et esse intelligatur cum villa Muscalini villa collis More sit et esse intelligatur cum villa ripe villa calcinary sit et esse intelligatur cum villa Casalis villa Palmulani sit et esse intelligatur cum villa Catene super

electione et in electione Vallariorum, In alijs
uero villis dicti districtus dicti Vallarij et
quilibet Ipsorum eligare, et esse debeant pro-
ut in dicto Capitulo statutorum continetur. et quicumque
ex dictis Vallarijs non detulerit officiali
dicti Communis prout In dicto Capitulo Continetur
incurrat penam V. solidorum denariorum. et pro quolibet
et qualibet vice si Ipsi, uel aliquis Ipsorum
deliquerit In predictis. Additum est huic capitulo
ad refrenandam temeritatem, et audaciam dampnum dantium
in vineis, pratis, silvis, et alijs possessionibus, fructibus le-
guminibus et bladis, et ceteris alijs fructibus quod in posterum
contra dampnum dantes possit per Vicarium dicti castri per inqui-
sitionem ad querelam cuiuscumque pro ... castri procedi,
cum datione, sine appositione sex testium nominandorum ab
ipso querelante, quos dictus Vicarius teneat et debeat in-
fra terminum quindecim dierum a die porrecte accuse, sive
querele cum iuramento examinasse, et dictam inquisitionem
infra terminum unius mesis post predictum terminum deci-
disse, et terminasse per sententiam condemnatoriam, uel absolutoriam
in aliquo quaterno carte separato ab alijs actis, et repertos
culpabiles per attestationem unius testis pariter condemnare

111v

in duplici pena statutorum dicti castri, ac etiam in duplo ad soluendum emendationem damni damnum passis sine aliqua exceptione. Et de predictis dictus Vicarius nullam possit exigere mercedem quoad ex.one, et querelam.

De pena Incidentis uel scorticantis aliquam Arborem vitem uel propagulam. C. ij.

